

*Ravennae rep. a. 1544 (XI 9, lapis antiquus perit, extat exemplum novicium lapidi incisum). — 1) A Claudio stirpem suam derivare coepit caeso demum socero Maximiano (paneg. 7, 2); cf. quae exposui Herm. vol. 24 p. 342. — 2) Vir perfectissimus. — 3) Intellegitur praepositus fabricae armorum.*

**700** omnia magno, | virtute praecipuo, | d. n. Constantino max. | victori ac triumphatori | semper Augusto, | Postumius Isidorus v. c., | praef. vigil., d. n. m. q. | eius.

*Romae, nunc Neapoli (VI 1144).*

**701** fortissimo [a]c piissimo | imp. d. n. Fl. Va[l. C]onstantino | p. f. invicto Augusto | Val. Rometalca v. p. dux | Aeg. et Theb. utrarumq[ue] | Libb.<sup>1</sup>, n. m. q. eius semper | dicatissimus.

*Luksor (Thédenat Bulletin de la soc. des antiquaires de France 1888 p. 275).*

— 1) *Cf. Mommsen Herm. 24 p. 211 not. 2.*

**702** imperator Caesar | Fl. Constanti[n]us maximus | pius felix in-[v]ictus Aug., | filius divi C[o]nstanti, nepos | divi Claudii<sup>1</sup>, | formam aqu[ae] Virginis | vetustate con[st]itutam a fon[tibus] renovatam arquaturis | eminentibus omn[ib]us dirutam<sup>2</sup>, pecunia | sua populi Romani [n]ecessario usui | tribuit e[st] hiberi, | curante Centullio Val[er]iano v. c., cur. | aquarum et Minic., d. n. m. q. eius.

*Romae rep. a. 1881 in regione Alta semita (Bull. comm. 1881 p. 197 tab. XIII).*

— 1) *Cf. supra N. 699 not. 1. — 2) Expectaveris dirutis.*

**703** imp. Caesar Flav. Constantinus max. Aug. sempiternus, divi Constantii<sup>1</sup> Aug. Pii filius, toto orbe victoriis suis semper ac feliciter celebrandus, thermas fisci sui sumptu a fundamentis coeptas ac peractas civitati suae Remorum pro solita liberalitate largitus est.

*Remis (Reims) olim sine dubio (quamvis traditur sine loci indicatione): descripsit saec. XV Petrus Donatus episcopus Patavinus, cuius exemplum servavit inprimis codex olim Hamiltonianus iam Berolinensis (cf. Mommsen Herm. 47 p. 649). — 1) Ante cognitum codicem Hamiltonianum edebatur Constantini (Orell. 1096) titulusque putabatur Constantini iunioris.*

**704** imp. Caes. Fl. Val. Constantinus pius felix maximus Aug. | aquas Iasas olim vii (sic) ignis consumptas cum porticibus | et omnib. ornamentis ad pristinam faciem restituit, | provisione etiam pietatis sue nundinas | die Solis perpeti anno constituit, | curante Val. Catullino v. p. p. p. P. super.<sup>1</sup>

*Topicae prope Warasdin Croatiae, qui locus fuit agri Poetovionensis (III 421 saepius descripta). — 1) Viro perfectissimo, p(rae)p(osito) [vel potius: pr(aeside)] provinciae Pannoniae superioris.*

**705**

E. S. R.<sup>1</sup> |

Imp. Caes. Fl. Constantinus | max. Germ. Sarm. Got. victor | triumph. 5 Aug. et Fl. Constantinus | et Fl. Iul. Constantius et Fl. | Constans.<sup>2</sup> | Omnia quidem, quae humani generis societate(m) tuentur, pervigilium cu[rae]<sup>3</sup> cogitatione complectimur; sed provisionum nostrarum opus maximus (sic) |